



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regvlarvm Vtrivsque Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regvla CVIII.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

## D. Petri Duen.

Bald. in c. j. de feudo Marchie. in v. sb. feud. in pen. col. quem sequitur Alua. & Matth. de Afflict. in d. §. hoc quoque. nu. 40. Cur. iunior in d. tract. feu. in d. q. 17. nu. 49.

2. Limita secundo, non procedere in feudo iurisdictionis, & castrorum, & terrarum: nam in ipsis succedunt collaterales ultra septimum gradum: quia feudum iurisdictionis videtur concedi vnicuique in solidum. Hanc limitationem ponit Francif. Aret. in consi. 167. nu. 2. in si. maxime in feudo Marchie & Ducatus, Comitum & Baronum: nam in istis succedunt etiam vsque centesimum gradum. ita notabiliter concludit Bal. in c. j. in §. capitale. ver. item apponitur. de feudo Marchie. Hiero. Gratus in consi. ix. nu. 46. vol. j. Deci. in d. fil. 87. nu. 3. Curt. iun. in d. q. xvij. nu. 46.

## REGVLA CVII.

COMES sub dominio Regis in dubio presumitur habere Comitatum iure proprio: non autem tanquam feudalem. Hanc regulam ponit Hostien. & Ioan. And. in c. si. de iudi. & in c. nimis & ibi Anto. de Butr. de iure iuran. Card. Alex. in præludiis feudo. nu. 56. Alex. in consi. xv. in princ. vol. 5.

Hanc regulam ponit And. Alciat. in tract. presump. in 2. regu. presump. 3. nu. 2. vbi eam limitat quinque modis.

## REGVLA CVIII.

COMMISSIO facta iudici, quod debeat iudicare secundum consilium alterius, valet. Hanc regulam ponit Abb. & Ioan. de Imo. in c. si pro debilitate. de offi. dele. Bart. in l. j. in §. si plures. nu. 18. ff. de exerci. act. Bal. in Authen. ad hæc. in prin. C. de iudi. & in l. nec quicquam in §. vbi decretum. nu. 5. col. 1. verfi. item quilibet ordinarius. ff. de offi. proconsu. et leg. Io. de Imo. in l. in illa institutione. nu. 14. in medio. ff. de heredibus instituend.

Hanc regulam limita tribus modis, secundum Deci. in c. si pro debilitate. nu. 69. de offi. delega. vsque ad nu. 74.

## REGVLA CIX.

CONCESSIO, vel obligatio non perit, mortua persona cui aliquid competit, vel fuit concessum, aut relicum, vel promissum: sed ius competens transit ad hæredes. Quam regulam probat textus in l. si pactum. ff. de proba. in l. j. C. ut actiones & hæredibus. & contra hære. & in l. veteris. C. de contra. vel commi. stip. Circa quam regulam vide Alex. in l. si quis filium. in §. j. ff. de acquir. here. Phil. lip. Deci. & docto. in l. hæredem. ff. de reg. iur. l. in §. actiones. nu. 1. cum aliis. Instituta. de actioni.

Hanc regulam ponit Alber. Brunus in tract. de interitu & petentiis.